Nov. 123. ^{cap. 8.} ιδ'. ^{ll)} Ἄλλ' οὐδὲ ὑπὲρ τινος χρηματικῆς ἢ ἐγκληματικῆς αἰτίας ἐπίσκοπον πρὸς ἄρχοντα πολιτικὸν ἢ στρατιωτικὸν ἄγοντα ἢ διάγεσθαι ἢ παρίστασθαι δίχα βασιλικῆς κελεύσεως συγχωροῦμεν· ἀλλὰ τὸν ἄρχοντα τὸν τοῦτο εἴτε ἐγγράφως εἴτε ἀγράφως προστάξαι τολμησαντα μετὰ τῆρ ζωῆς ἀφαιρεσιν εἰκοσι χροσίου λι-

Sed neque susceptorem neque exactorem publicorum vectigalium, vel conductorem vectigalium aut alienarum possessionum, vel curatorem domus vel procuratorem litis vel fideiussorem pro his causis, Episcopum vel Oeconomum vel alium Clericum cuiuscunque gradus vel Monachum proprio vel Ecclesiae vel Monasterii nomine fieri permittimus, ut ne per hanc occasionem et sacris domibus damnum inferatur et sacra ministeria impediantur.

XII. Si tamen possessiones quaedam Ecclesiis vel Monasteriis adiacentes reperiantur et velint earundem venerabilium domuum administratores in locationem vel emphyteusin illas accipere, tunc, si omnes Clerici et Monachi de illis causis vel in ipso instrumento vel apud acta consentiant et declarent, ad utilitatem venerabilium domuum hoc fieri, talem locationem et emphyteusin procedere permittimus.

XIII. Sed et ipsis sanctissimis Ecclesiis ceterisque venerabilibus domibus facultatem concedimus locationes et emphyteuses inter se celebrandi. Et Clericis similiter suarum Ecclesiarum possessiones conducere et administrare, volente tamen Episcopo et Oeconomio, permittimus, exceptis personis, quas alia lege hoc facere prohibuimus. Si vero quis contra ea, quae dicta sunt, aliquid fecerit, siquidem Episcopus sit, omnes eius res, quae ex quacunque causa vel persona, sive ante Episcopatum, sive postea, ad eum pervenerunt, Ecclesiae eius vindicari iubemus. Si vero Oeconomi vel alii Clerici sint, qui haec commiserint, pecuniaria poena, quam Episcopus eorum probaverit, ab iis exigatur, Ecclesiae vindicanda: cum etiam illi, qui locationem vectigalium vel cuiuscunque possessionis, vel publicorum tributorum receptionem vel exactionem, vel curam domus illis commiserunt, vel fideiussores eos pro dictis causis acceperunt, nullam contra Ecclesiam vel Monasterium vel res eius vel administratores vel adversus eas personas, quibus credunt, vel contra facultates aut fideiussores habeant actionem. Illi autem, qui publicarum contributionum aut tributorum receptionem vel locationem vel exactionem dictis personis credunt vel fideiussores eas accipiunt, si quod damnum publico contingat, hoc ex propriis bonis resarcire compellentur.

Nemini vero magistratum licebit, Deo amantissimos Episcopos cogere, ut in iudicio ad testimonium praebendum compareant: sed iudex mittat ad eos aliquos ex personis ei ministrantibus, ut propositis sacris evangeliiis, prout sacerdotes decet, loquantur, quae sciant.

XIV. Sed neque ob pecuniariam vel criminalem quandam causam Episcopum invitum ad civilem vel militarem magistratum vel perduci vel sisti sine Imperiali iussione permittimus: sed magistratum, qui hoc sive scripto sive sine scripto praecipere ausus fuerit, praeter cinguli amissionem viginti librarum auri poenam

^{ee)} Cod. Coisl. ποιήσει. ^{f)} Hoc caput et initium sequentis usque ad ποιεῖν ἐκωλύσαμεν Synopsis habet. ^{ff)} Huius part. ^{is} cap. 6. Nov. 123. brevis epitome apud Theodorum extat. Est secundum eum cap. 14. hui. tit. ^{g)} Cod. Coisl. ποιήσει. ^{h)} Cod. Coisl. πιστεύουσιν. ⁱ⁾ Cod. Coisl. add. αὐτῶν. ^{k)} Ita melius Cod. Coisl. quam Fabr. δεξόντα. ^{l)} Cod. Coisl. ἐξέσται. ^{ll)} Theod. hui. capit. brevem exhibet epitomen. Est apud eum cap. 17. hui. tit.

τροῶν ποινὴν καταβαλεῖν κελεύομεν τῇ ἐκκλησίᾳ, ἧς ὁ ἐπίσκοπος διαγῆθῃν ἢ παραστῆναι προσετάχθη, δοθησομένην, καὶ τοῦ ἐκβιαστοῦ ὁμοίως μετὰ τὴν τῆς ζώνης ἀφαίρεσιν καὶ βασάνους ὑποβαλλομένον καὶ ἐν ἔξορῳ πεμπομένον.

14. Ἀπαγορεύομεν δὲ τοῖς Θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις, τὰς οἰκίας ἀπολιμπάνειν ^{m)} ἐκκλησίας καὶ εἰς ἄλλας ἐπαρχίας παραγίνεσθαι. εἰ δὲ ἀνάγκη τις τοῦ ποιῆσαι τοῦτο συμβῆ ⁿ⁾, μὴ ἄλλως, εἰ μὴ μετὰ γραμμάτων τοῦ μακαριώτατου αὐτῶν πατριάρχου ἢ μητροπολίτου ἢ κατὰ βασιλικὴν δηλαδὴ ^{o)} κέλευσιν τοῦτο ποιήσωσιν ^{p)}, οὕτω μὲντοι, ἵνα μηδὲ ἐκείνοις τοῖς ἐπισκόποις, οἵτινες ὑπὸ τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως καὶ πατριάρχου εἰσὶν, ἐξέη, διὰ ἐπιτροπῆς αὐτοῦ ἢ ἡμετέρας κελεύσεως εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν ἐλθεῖν. εἰ δὲ καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον ἐπίσκοπος οἰουδῆποτε τόπον ἀποδημήσῃ ^{q)}, μὴ πλέον ἐνὸς ἐνιαυτοῦ τὴν ἰδίαν καταλιμπανέτω ἐκκλησίαν. τοὺς δὲ ἐπισκόπους τοὺς κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν, ὡς εἴρηται, παραγινόμενους, οἷασιδῆποτε εἶεν διοικήσεως, πρὸ πάντων ὑπέραι πρὸς τὸν μακαριώτατον ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως καὶ πατριάρχου καὶ οὕτως δι' αὐτοῦ πρὸς τὴν ἡμετέραν εἰσιέναι γυληρότητα.

15. Τοῖς δὲ παρὰ ταύτην ἡμῶν τὴν διατύπωσιν ἢ ἀποδημῶσιν ἢ ὑπὲρ τὸν ὁρισμένον τοῦ ἐνιαυτοῦ χρόνον ἔξω τῆς ἰδίας ἐκκλησίας ποιοῦσι διατριβὴν ^{r)} πρῶτον μὲν κελεύομεν ^{s)}, μὴ χορηγεῖσθαι παρὰ τῶν οἰκονόμων τῆς ἰδίας ἐκκλησίας δαπάνας· ἐπειτα δὲ ὑπομιμησέσθαι αὐτοὺς διὰ γραμμάτων τῶν ἱερέων, ὅφ' αὐς ^{t)} τελευτήσιν, ὥστε ἐπανελεῖν εἰς τὰς ἰδίας ἐκκλησίας· ὑπεριθεμένους ^{u)} δὲ ὑποστρέψαι κατὰ τοὺς ἱερούς καλεῖσθαι κανόνας· καὶ εἰ μὴ ἐντὸς τοῦ ὁριζομένου χρόνου παρὰ τῶν ἱερέων ὑποστρέψωσιν εἰς τὰς ἰδίας ἐκκλησίας, αὐτοὺς μὲν τῆς ἐπισκοπῆς ἔξωθεῖσθαι, ἐτέρους δὲ ἀντ' αὐτῶν καλλίονας χειροτονεῖσθαι κατὰ τὴν τοῦ ^{v)} παρόντος νόμου δυνάμιν. τοῦ αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τοῖς κληρικαῖς κρατοῦντος, οἰουδῆποτε βαθμοῦ εἶεν ἢ ὑψηροῦς.

16. Ἐπειδὴ δὲ τὸ τοῖς κανόσι εἰρημένον περὶ τῶν συνόδων τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων ὀφειλουσῶν καθ' ἐκάστην ἐπαρχίαν γίνεσθαι, μέχρι τοῦ νῦν ἐστὶ μὴ παραφυλαχθέν, τῶν ἀναγκαιωτάτων ἐστὶν ἐπανορθῶσαι. οἱ μὲν οὖν ἄγιοι ἀπόστολοι καὶ οἱ πατέρες ὤρισαν, δεύτερον τοῦ ἔτους γίνεσθαι συνόδους τῶν ὁσιωτάτων ἱερέων ἢτοι ἐπισκόπων ἐν ἐκάστη ἐπαρχίᾳ καὶ τὰ ἀναφερόμενα ἐξετάζεσθαι καὶ τῆς προσηκούσης ἀξιούσθαι διορθώσεως· τοιούτοι, μίαν μὲν τῆ τετάρτῃ ἑβδομαδί τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς, τὴν δὲ ἄλλην κατὰ τὸν ὀκτώβριον μῆνα. ἡμεῖς διενθρόντες, ὡς ἐκ τῆς τοιαύτης ἀμελείας πολλοὶ διαφόροις ἁμαρτήμασι περιεβλήθησαν, κελεύομεν πᾶσι τρόποις, μίαν σύνοδον γίνεσθαι καθ' ἕναστον ἔτος ἐν ἐκάστη ἐπαρχίᾳ ἢ τῷ ἰουνίῳ ἢ τῷ Σεπτεμβρίῳ μηνί, καὶ συνέναι παρὰ μὲν τοῖς μακαριώτατοις πατριάρχεις ἐκείνους τοὺς παρ' αὐτῶν μὲν χειροτονουμένους, μὴ ἔχοντας δὲ δίκαιον ἄλλους ἐπισκόπους χειροτονεῖν, παρὰ δὲ τοῖς ὁσιωτάτοις μητροπολίταις ἐκάστης ἐπαρχίας τοὺς ὑπ' αὐτῶν χειροτονουμένους, ἐφ' ᾧ τὰς κινουμένας αἰτίας ἢ τὰ παρὰ τινῶν προσηγγελλόμενα, ἢ προσφάσει πίστεως, ἢ κανονικῶν ζητήσεων, ἢ διοικήσεως ἐκκλησιαστικῶν πραγμά-

solvere iubemus, Ecclesiae, cuius Episcopus perducī vel sisti iussus est, dandam: similiter executore post einguli privationem etiam tormentis subiiciendo et in exilium mittendo.

XV. Interdicimus autem Dei amantissimis Episcopis, ne proprias Ecclesias relinquunt et in alias provincias proficiscantur. Si vero necessitas quaedam hoc faciendi incidit, non aliter, quam cum literis beatissimi illorum Patriarchae vel Metropolitanī vel Imperiali iussione hoc faciant: ita tamen, ut nec illis Episcopis, qui sub beatissimo Archiepiscopo Constantinopolis et Patriarcha sunt, sine permissione eius vel nostra iussione in regiam urbem venire liceat. Quodsi hoc modo Episcopus cuiuscunque loci profectus fuerit, non amplius, quam per unum annum Ecclesiam suam relinquat. Episcopi vero, qui ad regiam urbem, ut dictum est, adveniunt, cuiuscunque sint dioeceseos, ante omnia beatissimum Archiepiscopum Constantinopolis et Patriarcham adeant, atque ita per eum ad Serenitatem nostram ingrediantur. Nov. 123. cap. 9.

XVI. Illis autem, qui contra hanc nostram dispositionem vel proficiscuntur, vel supra definitum anni tempus extra Ecclesiam suam commorantur, primum iubemus, non dari ab Oeconomis Ecclesiae suae expensas: deinde per literas sacerdotum, quibus subsunt, admoneantur, ut ad suas Ecclesias redeant. Qui vero reverti differunt, secundum sacros canones vocentur: et nisi intra tempus a Sacerdotibus definitum ad Ecclesias suas revertantur, ipsi quidem Episcopatu deiciantur, alii autem meliores ipsorum loco secundum praesentis legis tenorem ordinantur. Atque id ipsum etiam in Clericis obtineat, cuiuscunque gradus sint aut ministerii. Nov. 123. cap. 9.

XVII. Quoniam vero id, quod in canonibus de Synodis sanctissimorum Episcoporum in quavis provincia congregandis dictum est, hucusque non est observatum, hoc maxime necesse est, ut corrigamus. Sancti igitur Apostoli et patres definiverunt, ut bis singulis annis synodi sanctissimorum sacerdotum sive Episcoporum in quavis provincia celebraretur et, quae emergant, examinentur et conveniente emendatione digna habeantur: hoc est, una quidem quarta septimana sanctae Pentecostes, altera vero mense Octobri. Nos cum invenerimus, ex tali negligentia multos variis peccatis esse implicitos, omni modo imperamus, ut una Synodus singulis annis in singulis provinciis vel Iunio vel Septembri mense celebretur, et apud beatissimos quidem Patriarchas illi convenient, qui ab ipsis ordinati sunt, nec vero ius habent, alios Episcopos ordinandi: apud sanctissimos autem Metropolitanos cuiuscunque provinciae illi, qui ab ipsis ordinati sunt: ut causae motae aut quae a quibusdam denunciantur, vel occasione fidei, vel canonicarum quaestionum, vel administrationis rerum ecclesiasticarum, vel de Episcopis, vel Presbyteris, vel Diaconis, vel aliis Clericis, Nov. 137. cap. 4.

m) Ita Fabr. Cod. Coisl. καταλιμπάνειν. n) Ita Cod. Coisl. Fabr. τοῦτο συμβῆ ποιῆσαι omisso τοῦ. o) δηλαδὴ habet Cod. Coisl. apud Fabr. deest. p) Cod. Coisl. ποιήσουσα. q) Cod. Coisl. ἀποδημήσει. r) διατριβὴν deest in Cod. Coisl. s) κελεύομεν in Cod. Coisl. deest. t) Cod. Coisl. ἐφ' οἷς. u) Cod. Coisl. ὑπεριθεμένους. v) Ita Cod. Coisl. Apud Fabr. tam ἀντ' αὐτῶν, quam τοῦ deest.

των, ἢ περὶ ἐπισκόπων, ἢ πρεσβυτέρων, ἢ διακόνων, ἢ ἄλλων κληρικῶν, ἢ περὶ ἡγουμένων μοναχῶν, ἢ περὶ κατεργωσμένου βίου, ἢ καὶ ἄλλων τινῶν δεομένων ἐπινοηθέντων κινεῖσθαι τε καὶ προσηκόντως ἐξετάζεσθαι, καὶ τὴν ἐπ' αὐτοῖς διόρθωσιν προεῖναι τοῖς θεοῖς κανόσιν καὶ τοῖς ἡμετέροις νόμοις συμβαίνουσαν.

Nov. 137. ιη'. Μὴ μόνον δὲ ἐν ταῖς καθ' ἕκαστον ἔτος γενο-
cap. 5. μέναις συνόδοις ταῦτα ζητεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ, ὅσας ἂν τινες κατηγορηθεῖεν τῶν ἱερέων, ἢ κληρικῶν, ἢ ἡγουμένων μοναχῶν, ἢ περὶ πίστεως, ἢ περὶ αἰσχροῦ βίου ἢ ὡς παρὰ τοὺς θεοῖς κανόνας τι διαπραττόμενοι ^{ω)}, καὶ εἴτερο ἐπίσκοπος εἴη ὁ κατηγορούμενος, τὸν τοῦτον μητροπολίτην ἐξετάζειν τὰ λεγόμενα· εἰ δὲ μητροπολίτης εἴη, τὸν μακαριώτατον πατριάρχη, ἢ ὃν τελεῖ· εἰ δὲ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος, ἢ ἄλλος κληρικός, ἢ ἡγούμενος, ἢ μοναχός, τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον, ἢ ὃν οὗτοι τελοῦσιν, ἐξετάζειν τὰ προσαγγελλόμενα, καὶ τῆς ἀληθείας ἐξετάζομένης καὶ ἀποδεικνυμένης, ἕκαστον πρὸς τὸ πταῖσμα κανονικοῖς ἐπιτιμοῖς ὑποβάλλεσθαι τῷ κρίματι τοῦ ἐξετάζοντος. ταῦτα δὲ πάντα κρατεῖν μὴ μόνον ἐπὶ τῶν μετὰ ταῦτα χειροτονουμένων ἐπισκόπων τε καὶ κληρικῶν καὶ ἡγουμένων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν νυνὶ ὄντων καὶ τινῶν, ὡς εἰχός, ἐπὶ τισιν αἰτίας ἀπηγορευμέναις τοῖς θεοῖς κανόσιν καὶ τοῖς ἡμετέροις νόμοις κατηγορουμένων. τούτων γὰρ οὕτω φυλαττομένων καὶ οἱ λαϊκοὶ πολλῆς ἐντεῦθεν περὶ τε τὴν ὀρθὴν πίστιν καὶ τὸν σεμνὸν βίον προκοπῆς τε καὶ ἐπινοηθέντων ἀξιοθήσονται.

Nov. 137. ιθ'. Πρὸς τούτοις κελεύομεν, πάντας ἐπισκόπους
cap. 6. τε καὶ πρεσβυτέρους μὴ κατὰ τὸ σεσωπημένον, ἀλλὰ μετὰ φωνῆς τῷ πιστωτάτῳ λαῷ ἐξακουμένης τὴν θεῖαν προσκομιδὴν καὶ τὴν ἐπὶ τῷ ἁγίῳ βαπτισματι προσερχὴν ποιῆσθαι πρὸς τὸ κἀντεῦθεν τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς εἰς πλεόνα κατάνυξιν καὶ τὴν πρὸς τὸν δεσπότην θεὸν διανίστασθαι δοξολογίαν· οὕτως ^{χ)} γὰρ καὶ ὁ θεὸς ἀπόστολος διδάσκει λέγων ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους πρώτῃ ἐπιστολῇ ^{xx)}· ἐπεὶ, ἐὰν εἰλογῆσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἔρεῖ τὸ ἐμὴν τῷ θεῷ ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; ἐπειδὴ, τί λέγεις, οὐκ οἶδε. σὺ μὲν γὰρ καλῶς εὐχαριστεῖς, ἀλλ' ὁ ἕτερος οὐκ οἰκοδομεῖται. καὶ πάλιν ἐν τῇ πρὸς Ρωμαίους οὕτως λέγει· καρδίᾳ μὲν γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. διὰ ταῦτα τοῖνυν προσήκει τὴν ἐπὶ τῇ ἁγίᾳ προσκομιδῇ καὶ τὰς ἄλλας προσερχὰς ^{γ)} μετὰ φωνῆς παρὰ τῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων τε καὶ πρεσβυτέρων προσφέρεσθαι τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ τῷ θεῷ ἡμῶν σὺν τῷ πατρὶ καὶ ἁγίῳ πνεύματι· γνωσκόντων τῶν ὁσιωτάτων ἱερέων ^{ζ)}, ὡς, εἴτερο τι τούτων παρίδοιεν, καὶ τῇ φοβερῇ κρίσει τοῦ μεγάλου θεοῦ καὶ σωτήρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀπολογησονται, καὶ οὐδὲ ἡμεῖς ταῦτα γνώσκοντες ἐφησυχάσομεν ἢ ἀνεκδίκητα καταλιποῦμεν ^{α)}. κελεύομεν δὲ καὶ τοὺς τῶν ἐπαρχιῶν ἄρχοντας, εἴτερο ἀμελοῦμένον τι τῶν παρ' ἡμῶν νομοθετηθέντων ἴδοιεν, πρῶτον μὲν κατεπεῖγειν τοὺς μητροπολίτας καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους, τὰς εἰρημένας συνόδους ποιῆσθαι καὶ πάντα πληροῦν, ὅσα περὶ τῶν συνόδων διὰ τοῦ παρόντος παρεκελευσάμεθα νόμον· εἰ δὲ ἀναβαλλομένους αὐτοὺς ἴδοιεν, τηλικαῦτα μηνύειν ἡμῖν πρὸς τὸ ἐξ ἡμῶν τὴν προσήκουσαν διόρθωσιν προεῖναι κατὰ τῶν ὑπεριθεμένων τὰς

vel de Hegumenis Monachorum, vel de vita vituperatione digna vel de aliis quibusdam correctione indigentibus, moveantur et decenter examinentur et eorum emendatio procedat, sacris canonibus et legibus nostris conveniens.

XVIII. Non solum autem in Synodis singulis annis congregatis haec quaerantur, sed et quoties quidam ex Sacerdotibus, vel Clericis, vel Hegumenis Monachorum, vel de fide, vel de turpi vita, vel quod contra divinos canones quid fecerint, accusantur. Et siquidem Episcopus sit, qui accusatur, Metropolitanus eius inquirat in ea, quae dicta sunt: si vero Metropolitanus, beatissimus Patriarcha, cui subest: si vero Presbyter, vel Diaconus, vel alius Clericus, vel Hegumenus, vel Monachus, sanctissimus Episcopus, cui illi subsunt, in ea, quae denuntiantur, inquirat, et veritate examinata et probata unusquisque pro delicto suo canonicis poenis iudicio examinantis subiiciatur. Haec autem omnia obtineant non solum in Episcopis et Clericis et Abbatibus posthaec ordinandis, sed etiam in iis, qui nunc sunt, et a quibusdam forte ob quasdam causas sacris canonibus et legibus nostris prohibitas accusantur. His enim ita observatis etiam Laici multos exinde circa rectam fidem et honestam vitam profectus et emendationem accipient.

XIX. Ad haec iubemus, omnes Episcopos et Presbyteros non tacite, sed ea voce, quae a fidei populo audiatur, sacram oblationem precesque in sancto baptisate facere, ut inde audientium animi ad maiorem contritionem et laudem Domini Dei excitentur. Ita enim sanctus quoque Apostolus docet, dicens in prima ad Corinthios epistola: si benedixeris spiritu, quomodo, qui locum obtinet idiotae, post tuam gratiarum actionem Amen Deo dicet? quoniam, quid dicas, non aedificatur. Et rursus in epistola ad Romanos ita dicit: corde quidem creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Propterea igitur preces in sacra oblatione et reliquae voce sanctissimorum Episcoporum et Presbyterorum Domino Iesu Christo, Deo nostro cum Patre et Spiritu Sancto offerantur: scientibus sanctissimis sacerdotibus, se, si quid horum neglexerint, et terribili iudicio magni Dei et Servatoris nostri Iesu Christi rationem reddituros, neque nos ea cognoscentes passuros aut impunita relictuos. Imperamus autem et provinciarum Praesidibus, ut, si quid eorum, quae a nobis sancita sunt, neglectum viderint, primum quidem Metropolitanos reliquosque Episcopos cogant, ut dictas synodos celebrent et omnia impleant, quae de synodis praesenti lege statuimus. Si vero viderint, eos differre, tunc id ad nos referant, ut ex nobis contra eos, qui synodos celebrare differunt, conveniens emendatio procedat: scientibus ipsis magistratibus et officialibus, qui illis parent, se, si haec non observaverint, ultimis suppliciis subiiciendos fore.

^{ω)} Hactenus Coisl. Coisl. cap. 17. exhibet, quod hactenus deest apud Fabrotum, qui illud his incipit verbis, quae sequuntur: ἐὰν ἐπίσκοπος εἴη ὁ κατηγορούμενος et finit verbis τῷ κρίματι τοῦ ἐξετάζοντος. Reliqua, quae postea sequuntur, rursus sunt e Codice Coislino. ^{χ)} Cod. Coisl. οὕτω. ^{xx)} Cap. 14. v. 16. 17. et postea epist. ad Rom. cap. 10. v. 10. ^{γ)} Cod. Coisl. εὐχάς. ^{ζ)} Ita Cod. Coisl. τῶν ὁσιωτάτων ἱερέων deest apud Fabr. ^{α)} Sic recte Fabr. pro καταλιπομεν, quod habet Cod. Coisl. Quae sequuntur, non habet Fabrotus in Basilicis, sed desumpta sunt e Cod. Coislino.

συνόδους ποιεῖν, ἐπισταμένων αὐτῶν δὲ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν πειδομένων αὐτοῖς τύξεων, ὡς, εἴπερ μὴ ταῦτα παραφυλάξουσι, ἐσχάτως ὑποβληθήσονται τιμωρίας.

ζ'. ^{aa)} Ἀπαγορεύομεν δὲ τοῖς ὀσιωτάτοις ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνους καὶ ὑποδιακόνους ^{b)} καὶ ἀναγνώσταις καὶ παντὶ ἄλλῳ οἰουδήποτε ^{c)} εὐαγοῦς τάγματος ἢ σχήματος καθεστῶσι ταυλιῶν ἢ τῶν τοιαῦτα παιζόντων κοινωνοὺς ἢ θεωρητὰς γενέσθαι ἢ εἰς οἰανδήποτε θέαν τοῦ θεωρηῆσαι χάριν παραγίνεσθαι ^{d)}. εἰ δὲ τις ἐξ αὐτῶν τοῦτο ἁμάρτοι, κελεύομεν τοῦτον ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς ἀπὸ πάσης εὐαγοῦς ὑπηρεσίας κολύεσθαι καὶ μοναστηρίῳ ἐμβάλλεσθαι. εἰ δὲ ἐν τῷ μέσῳ χρόνῳ δείξῃ ἀξίαν τοῦ ἰδίου πταίσματος μετάνοιαν, ἴδειαν εἶναι τῷ ἱερεῖ, ὅφ' ὃν τέτακται, καὶ ἐλαττοῦν τὸν χρόνον καὶ τοῦτον πάλιν ^{e)} τῇ ἰδίᾳ ἀποδιδόναι ὑπηρεσίᾳ· εἰδότην καὶ τῶν ὀσιωτάτων ἐπισκόπων τῶν ὀφειλόντων ταῦτα διεκδικῆσαι ^{f)}, ὡς καὶ, εἴτι τοιοῦτον μαθόντες μὴ ἐκδικήσουσιν ^{g)}, αὐτοὶ λόγον τῷ θεῷ ὑπὲρ ταύτης τῆς αἰτίας ὑφ' ἧς μὴδὲν δὲ ἐπίσκοπον ἕκοντα καταναγκάζεσθαι, οἰουδήποτε κληρικὸν ὑπ' αὐτὸν ὄντα τοῦ ἰδίου κλήρου ἀπολύειν.

κα'. Πᾶσι δὲ τοῖς ἐπισκόποις ἢ καὶ πρεσβυτέροις ἀπαγορεύομεν, μὴ ἀφορίζῃν τινὰ τῆς ἁγίας κοινωνίας, πρὶν ἢ αἰτία δευθῆ, δι' ἣν οἱ ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες τοῦτο γενέσθαι κελεύουσιν. εἰ δὲ τις παρὰ ταῦτα τῆς ἁγίας κοινωνίας τινὰ χωρίσῃ, ἐκεῖνος μὲν, ὃς ἀδίκως ἀπὸ τῆς κοινωνίας ἐχωρίσθη, λυομένου τοῦ χωρισμοῦ ὑπὸ τοῦ μείζονος ἱερέως τῆς ἁγίας ἀξιούσθω κοινωνίας. ὁ δὲ ἀδίκως τινὰ τῆς ἁγίας χωρίσας κοινωνίας ^{h)} ὑπὸ τοῦ ἱερέως, ὅφ' ὃν τέτακται, χωρισθήσεται τῆς κοινωνίας, ἐφ' ὅσον χρόνον ἐκεῖνος συνίδῃ ⁱ⁾, ἵνα, ὅπερ ἀδίκως ἐποίησε, δικαίως ὑπομείνῃ ^{k)}.

κβ'. Ἄλλ' οὐδὲ οἰκείαις χερσὶν ἔξεστιν ἐπισκόπῳ τινὰ πλήττειν· τοῦτο γὰρ ἀλλότριόν ἐστιν ἱερέων.

ἀλλ' οὐδὲ] Ὅμοιος ὁ κδ'. τῶν ἁγίων ἀποστόλων ^{kk)}.

κγ'. Εἴ τις δὲ ἐπίσκοπος κατὰ τοὺς ἐκκλησιαστικὸς κανόνες τῆς ἱεροσύνης ἐκβληθεὶς ^{l)} τοιμήσῃ ἐπιβῆναι τῆς πόλεως, ἐξ ἧς ἐξεβλήθη ^{m)}, ἢ καταλιπεῖν τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἐκελευσθῆ διάγειν, κελεύομεν τοῦτον μοναστηρίῳ ἐν ἄλλῃ ἐπαρχίᾳ καθεστῶτι παραδίδεσθαι, ἵνα, ὅπερ ἐν τῇ ἱεροσύνῃ ἡμαρτε, διάγων ἐν τῷ μοναστηρίῳ διορθώσῃται.

κδ'. ^{mm)} Κληρικὸς δὲ οὐκ ἄλλως χειροτονεῖσθαι συγχωροῦμεν, εἰ μὴ γράμματα ἴσασι καὶ ὀρθὴν πίστιν καὶ βίον σεμνὸν ἔχουσι, καὶ οὐδὲ παλλακὴν, οὐδὲ φρόσιν ⁿ⁾ ἔσχον ἢ ἔχουσι παῖδας, ἀλλ' ἢ σωφρόνως βιούστας ἢ γυμνήν νόμιμον καὶ αὐτὴν μίαν καὶ πρῶτην ἐσχηκότας ἢ ἔχοντι καὶ μὴδὲ γήραν, μὴδὲ ^{o)} διαξενχθεῖσαν ἀνδρός, μὴδὲ ἄλλως τοῖς νόμοις ἢ καὶ τοῖς θεοῖς κανόνιν ἀπηγορευμένην.

κε'. ^{oo)} Πρεσβύτερον δὲ ἐλάττονα τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν γίνεσθαι οὐκ ἐπιτρέπομεν· ἀλλ' οὐδὲ διάκονον

XX. Interdicimus autem sanctissimis Episcopis et ^{Nov. 123.} Presbyteris et Diaconis et Subdiaconis et Lectoribus ^{cap. 10.} et cuivis alii in quocunque venerando collegio vel habitu constituto, ne ad tabulas ludant vel eorum, qui haec ludant, socii vel spectatores fiant, vel ad quocunque spectaculum spectandi gratia adveniant. Si quis vero ex illis hoc commiserit, iubemus, eum per tres annos omni venerabili ministerio prohiberi et in monasterium conici. Si vero medio tempore dignam ostenderit suo peccato poenitentiam, liceat Sacerdoti, sub quo constitutus est, et tempus minuere eumque rursus suo ministerio restituere: scientibus et sanctissimis Episcopis, qui haec vindicare debent, si tale quid cognoverint et non vindicaverint, se rationem hac de causa Deo reddituros esse. Nullus vero Episcopus invitus cogatur, quemcunque Clericum sub se constitutum a Clero suo dimittere.

XXI. Omnibus vero Episcopis et Presbyteris ^{Nov. 123.} interdicimus, ne quempiam a sacra communione ^{cap. 11.} separent, atequam causa probetur, ob quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem adversus haec a sancta communione aliquem separaverit, ille quidem, qui iniuste a communione separatus est, separatione sublata a maiore sacerdote ad sacram communionem admittatur: is vero, qui iniuste aliquem a sacra communione separaverit, a Sacerdote, sub quo constitutus est, a communione separabitur, quamdiu illi placuerit, ut, quod iniuste fecerit, iuste patiatur.

XXII. Sed neque suis manibus licet Episcopo quem- ^{Nov. 123.} piam pulsare: hoc enim a Sacerdotibus alienum est. ^{cap. 11.} sed neque] Similiter canon 24. sanctorum Apostolorum.

XXIII. Si quis autem Episcopus secundum eccle- ^{Nov. 123.} siasticos canones sacerdotio deiectus civitatem, qua ^{cap. 11.} expulsus est, ingredi vel locum, in quo degere iussus est, relinquere audeat: iubemus, hunc monasterio in alia provincia constituto tradi, ut, quae in sacerdotio peccaverit, in monasterio degens emendet.

XXIV. Clericos autem non aliter ordinari permit- ^{Nov. 123.} timus, quam si literas sciant et rectam fidem et ho- ^{cap. 12.} nestam vitam agant, et neque concubinam neque naturales liberos habuerint aut habeant: sed qui vel caste vivant, vel legitimam uxorem, eamque unam et primam habuerunt, et neque viduam, neque a viro separatam, neque aliter legibus vel etiam sacris canonibus prohibitam.

XXV. Presbyterum vero minorem triginta annis ^{Nov. 123.} fieri non permittimus: sed nec Diaconum vel Subdia- ^{cap. 13.}

aa) Epitomen huius capituli Theod. habet, quod apud eum est cap. 22. hui. tit. b) καὶ ὑποδιακόνους, quod deest apud Fabrotum, habet Cod. Coisl. c) Cod. Coisl. οἰουδήποτε. Fabr. οἰουδήποτε. Posterius praeferendum. d) Ita Cod. Coisl. Fabr. τοιαῦτα παιζόντων κοινωνίας ἢ θεωρητὰς χάριν παραγίνεσθαι. e) Sic recte Cod. Coisl. Fabr. πάλιν. f) Cod. Coisl. διεκδικῆσαι. g) Verba εἴτι — ἐκδικήσουσιν, quae desunt apud Fabrotum, sunt e Cod. Coisl. h) Ita Fabr. Cod. Coisl. autem: ὁ δὲ ἀδίκως τοῦτον τοιμήσας χωρίσῃ πᾶσι τρόποις. i) Ita Cod. Coisl. Fabr. συνείδοι. k) Fabr. ὑπομείνει. Cod. Coisl. ὑπομείνου. kk) Hoc scholium Fabr. habet. Deest in Cod. Coisl. l) Verba δὲ — ἐκβληθεὶς, quae desunt apud Fabrotum, habet Cod. Coisl. m) Quae nunc sequuntur apud Fabrotum, ἐπίσκοπος κατὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνες τῆς ἱεροσύνης ἐκβληθεὶς, desunt hoc loco in Cod. Coisl. nn) Epitomen huius capituli habet Theod. Est secundum eum cap. 27. hui. tit. Syn. ipsum caput num. 25. totum exhibet. o) Cod. Coisl. φροσίνους. Syn. ut in textu, sed haec ἢ ἔχουσι ἢ ἔσχον. p) Hoc μὴδὲ est in Cod. Coisl. et Syn. deest apud Fabr. oo) Fere iisdem verbis, nisi quod imperativo utitur, habet hoc caput Theod. quod apud eum est cap. 28. hui. tit.

ἢ ὑποδιάκονον ἦρτονα τῶν εἰκοσι πέντε· οὐδὲ ἀναγνώστην ἐλάττωνα τῶν δεκαοκτώ ἐνιαυτῶν· διακόνισσαν δὲ ἐν ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ μὴ χειροτονεῖσθαι, ἥτις ἐλάττων ἐστὶν ἐνιαυτῶν τεσσαράκοντα ἢ εἰς δευτέρους ἤλθε γάμους.

Nov. 123. κα'. Εἰ δὲ ἐν τῷ καιρῷ τῆς χειροτονίας τοῦ κληρικοῦ οἰουδήποτε τάγματος ἢ βαθμοῦ κατήγορός τις ἀναφανῆ, λέγων, αὐτὸν ἀνάξιον εἶναι τῆς χειροτονίας, ὑπεριδέσθω ἢ χειροτονία καὶ πάντα προβαίνειωσαν (τοῦτο μὲν ὑπὲρ τῆς ἐξετάσεως, τοῦτο δὲ ὑπὲρ τῶν ἐπιτιμιῶν) ἅπαντα ἐν ταῖς τῶν ἐπισκόπων χειροτονίαις ἀνωτέρω ἐθεσπίσαμεν.

Nov. 123. κα'. Εἰ δὲ ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι διάκονος μὴ ἔχοι γυναῖκα, καθὰ ἀνωτέρω εἰρηται, ζευχθεῖσαν αὐτῷ, μὴ ἄλλως χειροτονεῖσθω, εἰ μὴ πρότερον ἀπὸ τοῦ χειροτονοῦντος αὐτὸν ἐρωτηθεὶς ἐπαγγεῖληται, δύνασθαι μετὰ τὴν χειροτονίαν καὶ χωρὶς γαμετῆς σεμνῶς βιοῦν, οὐ δυναμένου τοῦ χειροτονοῦντος ἐν τῷ καιρῷ τῆς χειροτονίας ἐπιτρέπειν τῷ διακόνῳ, μετὰ τὴν χειροτονίαν γαμετὴν λαμβάνειν. εἰ δὲ τοῦτο γένηται, ὁ ἐπιτρέψας ἐπίσκοπος τῆς ἐπισκοπῆς ἐκβαλλέσθω. εἰ δὲ μετὰ τὴν χειροτονίαν πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ἐποδιάκονος ἀγάγηται γαμετὴν, ἐκβαλλέσθω τοῦ κλήρου καὶ τῆ τάξει τῆς πόλεως, ἐν ἣ κληρικὸς ἦν, μετὰ τῶν ἰδίων πραγμάτων^{p)} παραδιδόσθω. εἰ δὲ ἀναγνώστης δευτέρω γαμετῆν ἀγάγηται ἢ πρώτην μὲν, χήραν δὲ^{q)} ἢ διαζευχθεῖσαν ἀνδρός ἢ τοῖς νόμοις ἢ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν ἀπηγορευμένην, μηκέτι εἰς ἄλλον ἐκκλησιαστικὸν βαθμὸν προβαίνειω. εἰ δὲ οἰωδῆποτε τρόπῳ εἰς μείζονα βαθμὸν προαχθεῖη, ἐκβαλλέσθω αὐτοῦ καὶ τῷ προτέρῳ ἀποκαθιστάσθω.

Nov. 123. κα'. Ἀλλὰ μηδὲ ταξέως κληρικὸς γίνεσθαι, ἵνα καρ. 15. μή τις ἐκ τούτων τῶν εἰρηται οὐκ ἔβρωσεν. εἰ δὲ τοιαῦτα πρόσωπα ἐν κλήρῳ καταγάγη, ὡς μὴ γενομένης τῆς χειροτονίας τῇ ἰδίᾳ τύχῃ ἀποκαθιστάσθωσαν πλὴν εἰ μὴ, ὡς εἰκός, μοναχικὸν βίον τις ἐξ αὐτῶν οὐκ ἐλάττων^{r)} δεκαπέντε ἐνιαυτῶν διήρυσσε. τοὺς τοιοῦτους γὰρ χειροτονεῖσθαι κελεύομεν^{s)}. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ κλήρῳ καταλεγόμενοι μοναχῷ πρόποντα βίον ἐκτελείωσαν. εἰ δὲ μετὰ τὴν τοῦ κλήρου τιμὴν γυναῖκα τις ἐξ αὐτῶν ἀγάγηται ἢ παλλακὴν σχολή^{t)}, τῇ τάξει ἢ τῇ τύχῃ, ἢ ἐπέκειτο^{u)}, ἀποδιδόσθω, εἰ καὶ τὰ μάλιστα τοιοῦτω ἐκκλησιαστικῷ βαθμῷ ἐγκαταλεγή, ἐν ᾧ τις τεταχμένος οὐ καλύεται ἀπὸ τῶν ἱερῶν κανόνων καὶ τῶν νόμων, γαμετὴν λαμβάνειν. ταῦτα δὲ καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἵπασι μοναχοῖς κρατεῖν θεσπίζομεν, τοῖς ἀπὸ μοναστηρίων εἰς οἰονδήποτε ἐκκλησιαστικὸν βαθμὸν μεταφερομένοις, εἰ καὶ μηδεμιᾷ τύχῃ ὑπέσθονοι εἴησαν. καὶ^{v)} γενικῶς νομοθετοῦμεν, μηδενὶ ἐξείναι ἐν οἰωδῆποτε ἐκκλησιαστικῷ βαθμῷ καθεστῶτι ἀναχωρεῖν ἐξ αὐτοῦ καὶ κοσμικὸν γίνεσθαι, ἐπισταμένων τῶν οὕτω ποιούντων καὶ ὅτι τῆς, ὡς εἰκός, ἐπιχειμένης αὐτοῖς ζώνης ἢ ἀξίας ἢ στρατείας γυμνωθήσονται καὶ τῇ τάξει τῆς ἰδίας πόλεως παραδοθήσονται.

Nov. 123. κα'. Ἀλλ' οὐδὲ κληρικὸν οἰονδήποτε βαθμοῦ καρ. 16. δίδοναι τι ἐκείνῳ, ὅφ' οὗ χειροτονεῖται, ἢ ἄλλῳ οἰωδῆποτε προσώπῳ συγχωροῦμεν· μόνος δὲ παρέχειν αὐτὸν τὰς συνηθείας τοῖς τῷ χειροτονοῦντι ὑπηρετοῦμένοις καὶ ἐξ ἔθους κομιζομένοις ἐνὸς ἐνιαυτοῦ διάοια μὴ

conum minorem viginti quinque: nec Lectorem octodecim annis minorem. Diaconissa autem in sancta Ecclesia ne creetur, quae minor sit quadraginta annis vel ad secundas venerit nuptias.

XXVI. Si vero tempore ordinationis Clerici cuiuscunque collegii aut gradus accusator apparuerit, dicens, cum indignum esse ordinatione, differatur ordinatione et omnia procedant (tam quod ad examinationem, quam quod ad mulctas attinet), quae in Episcoporum ordinationibus supra sancivimus.

XXVII. Si vero is, qui Diaconus ordinandus est, non habeat uxorem, ut supra dictum est, sibi iunctam, non aliter ordinetur, quam si prius ab eo, qui eum ordinat, interrogatus promiserit, se post ordinationem etiam sine uxore honeste vivere posse, cum is, qui ordinat, non possit tempore ordinationis permittere Diacono, ut post ordinationem uxorem ducat. Si vero hoc fiat, Episcopus, qui id permisit, Episcopatu deiciatur. Sin autem post ordinationem Presbyter aut Diaconus aut Subdiaconus uxorem ducat, Clero eiiciatur et cohorti eius civitatis, in qua Clericus erat, cum rebus suis tradatur. Si vero Lector secundam uxorem ducat, vel primam quidem, sed viduam, vel separatam a viro, vel legibus aut sacris canonibus prohibitam, nequaquam ad alium ecclesiasticum gradum procedat. Si vero quocunque modo ad maiorem gradum promotus fuerit, expellatur eo et priori restituatur.

XXVIII. Sed neque Cohortales Clerici fiant, ne qua exinde venerabili domui iniuria fiat. Si vero tales personae in Clerum assumantur, tanquam non facta creatione suae conditioni restituantur: nisi forte quis ex illis monachicam vitam non minus quindecim annis transegerit. Tales enim ordinari iubemus. Sed et in Clerum assumti vitam Monacho convenientem agant. Si quis enim ex illis post Clericatus honorem uxorem ducat, vel concubinam habeat, cohorti aut fortunae, cui subiacet, reddatur, etiamsi maxime in talem ecclesiasticum gradum assumptus sit, in quo quis constitutus a sacris canonibus et legibus non prohibetur uxorem accipere. Haec ipsa autem et in reliquis omnibus Monachis obtinere sancimus, qui a monasteriis ad quocunque ecclesiasticum gradum translati sunt, licet nulli fortunae subiecti fuerint. Et generaliter sancimus, ut nemini liceat in quocunque ecclesiastico gradu constituto, ab eo discedere et Laicum fieri: scientibus his, qui ita faciunt, se cingulo vel dignitate vel militia, quam forte habent, privandos et civitatis suae cohorti tradendos esse.

XXIX. Sed neque Clericum cuiuscunque gradus illi, a quo ordinatur, vel alii cuiuscunque personae dare quid permittimus: sed tantum sportulas praebat illis, qui ordinanti ministerium praestant et ex more accipiunt, unius anni emolumenta non excedentes.

p) Verba ἐν τῷ — πραγμάτων sunt e Cod. Coisl. desunt apud Fabrotum. q) Verba γαμετὴν — χήραν δέ, quae desunt apud Fabrotum, exhibet Cod. Coisl. r) Fabr. ἐλάττων. Cod. Coisl. ἐλάττων. s) Quae post κελεύομεν sequuntur usque ad ἐπέσθονοι εἴησαν, sunt e Cod. Coisl. desunt apud Fabr. t) Sic Cod. Coisl. Malim σχολή. u) Cod. Coisl. ἐπέκειντο. Legendum ἐπέκειντο. v) Synopsis inde a γενικῶς νομοθετοῦμεν eadem habet, quae Basilica Est Synopses cap. 30. Basil. καὶ ὅτι, Syn. ὅτι καὶ. v) Synopsis hoc et sequens caput totum exhibet. Varietas lectionis haec est. Basil. τοῖς ἰδίῳις. Syn. ἰδίῳις. Basil. μερικῶν αὐτῶν. Syn. μερικῶν αὐτῶν. Sed Leuncl. ad marg. μερικῶν αὐτῶν.